

horum ad Albim , illorum ad Rhenum , potentiam , his suspectam , illis gravem , mutuae æmulationes ; jam pridem opertis odiis cœptæ , brevi in apertas inimicitias erupturæ . Cum Monitis & Exemplis , excerptis ex Relationibus Legationis Gallicæ , duorum Claudiorum , Mimesii & Salesii , quorum hic in Aulâ Suecicâ nunc eam sustinet , ille jam nuper ad vii-trionein sustinuit .

Additæ sunt , Animadversiones Politicæ , ad duo prima Monitorum capita . Quorum unum est Christianissimi Regis interesse , Sectariorum potentiam non crescere . Alterum : Suecorum Imperium Romano-Germanicum ad Gallos non transferri .

Corollarii loco subjunctus est Discursus , De Vinariensis militis , qui reliquus est , à Gallis ab alienatione : de què reconciliatio- ne , Diplomate Amnistiae delata , per ejus Duces qui supersunt , brevi acceptanda . Omnia simul edita Germanopoli . Apud Martios Rivales : sub Imagine , *Latronum de præda disceptantium* .

VIII. *De Ecclesia Germanica emendanda , & ad normam Gallicanæ reducendâ , Theo-*